

quis vicinas rēdes incidere, ignis arcenti causa. Merces ita jacta non habentur pro delictis, sed manent in suorum dominorum dominio: quod si pereant, periculum est commune, sic aequitate dicente. *L. 1. ff. ad Leg. Rhod. de factu ibi: Lege Rhodia cavetur. ut si levanda navis gratia jactus mercium factus est, omnium contributione sarciat, quod pro omnibus datum est. L. 5. L. 6. tit. 9. p. 5. L. 10. tit. 10. lib. 7. R. C. ibi: Todos los que anduvieren en el Navio, sean tenidos de pagar cada uno segun la cantidad de lo que traxeren en el Navio; si no traxeren sino sus cuerpos, no sean tenidos de dar cosa alguna. Hevia Bolaños, Comerc. Nav. L. 3. c. 13.*

## TIT. XXXVII.

## De Poenis.

319 **S**i homines non declinassent à via recta, per quam juxta Legum præscripta ambulare debent, superfluum omnino foret, & poenas imponere, & de poenis agere, sicut de ætate aurea canunt Poeta: *Aurea prima sata est ætas, quæ vindicæ nullo, sponte sua sine lege fidem, rectumque colebat: pœna, mentisque aberant.* Sed cum verè simus in ferrea ætate — *Eugere pudor, verumque, fidesque: in quorum subire locum fraude, que, doique, insulsi que, & vis, & amor sceleratus habendi.* Hinc fuit necessè supplicia, tormenta, & poenas stabilire, ut quos non allicit amor, coerceret timor. Pœna ergo à pendendo dicta est, quia olim pœnæ ferè semper in pecunia consistebant, teste *Nebrissenfi*, sed nunc in tota sua latitudine, sic definitur ab *Aurustino* in c. 4. de Poenis. D. 3. *Est læso, quæ punnit, & vindicat, quæ quisque commissit, vel clarius: est emendatio, coercitio, vel satisfactio pecuniaria, aut corporalis delictorum, quam possunt infligere Judices, ut puniant delinquentes, & alij tercantur. L. 1. tit. 31. p. 7. & idè in L. fin. tit. 31. p. 7. dicitur: Paladinamente debe ser fecha la justicia de aquellos, que ovieren fecho porque deban morir; porque los otros, que lo vieren, è lo oyeren, reciban ende miedo, è escarmiento, diciendo el Alcalde, è el pregonero ante las gentes los yerros porque los matan.* Nam publicè expedit, delicta debito cruciati puniri. *L. 51. §. 2. ff. ad Leg. Aquil. imò sunt quedam culpa, (ait Innoc. III. in c. 1. de Postulat. Pralat.) in quibus culpa est relaxare vindictam.* Pœna ergo

in tota sua latitudine comprehendit, 1. Pœnas medicinales: de quibus in *tit. de Sent. excom. 2. Pœnas civiles. 3. Pœnas vindicativas.* Pœna civilis est ea, quæ intendit privatam satisfactionem, non solum quando imponitur à Lege, vel à Judice, & dicitur *Legalis, & judicialis*: sed quando à partibus convenitur de aliqua pœna solvenda. *c. 7. h. t. quæ conventionalis dicitur: & quidem solvi debet à parte non adimplente contractum. c. 4. de Arbitr. L. 14. C. de Pañ. nisi forte compensatione hæc obligatio cesset arg. C. fin. de Adulter. quia altera pars contractui contravenit. Gloss. in c. 7. h. t. V. Utramque.* Si pœna est individua solvi debet integrè, & si contractus ex parte, non verò integrè sit servatus. *L. 5. §. fin. ff. de V. O.* Quando verò est dividua, & contractus in aliqua parte notabili non est servatus ex æquitate debet minui pœna proportionate habita ad partem debiti. *c. 9. h. t. Sarm. lib. 5. Selectar. cap. 6. n. 11. Barbof. in c. 9. h. t.* Si pars, cui pœna conventionalis debetur, eam non petat, creditur velle, eam condonare, seu remittere: ac proinde debitor non tenetur tunc eam solvere. Omnino verò obligatur in conscientia, quando pars petit, nec ad hoc est necessària Judicis sententia cum ita contractum videatur. *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 6. n. 7. Covarr. Molin. & alij contra Navar. Sanch. Less. & alios.* Pœna vindicativa, quæ proprius pœna est, non à potestate privata ad vindictam exercendam, sed à potestate publica debet provenire, & ex fine quidem honesto, scilicet, vel ut delinquentes emendetur, vel saltem, ut alij terrore supplicij non delinquant. Et quidem debet servari proportio arithmetica, & æqualitas pœnæ ad culpam, sicut in alijs actibus justitiæ commutativæ. Debent tamen attendi circumstantiæ delinquentium: nam pœna, quæ respectu servi, & plebeij est levis, respectu ingenui, vel nobilis est gravis. Ideò jubentur severius castigari servi, quam ingenui in *L. 10. L. 28. §. fin. ff. h. t.*

320 Et quidem semper debet præcedere culpa, ut imponatur pœna: & regulariter debet esse culpa illius, qui punitur. *c. 22. h. t.* potest tamen accidere, quod quis sine culpa propria puniatur, sic causa publica exigente. *c. 23. de Reg. jur. in 6.* ut scilicet alij terrore percussus, difficilius crimina atrociora committantur. Sic pœna ob crimen hæresis, & læsæ Ma-

Majestatis in aliquem statuta transit de parentibus ad filios. *c. 10 c. 15 de Heret. in 6. L. 5. §. 1. C. ad Leg. Juliam Majest. L. 9. tit. 31. p. 7.* Et Episcopum occidens amittit quidquid habet ab Ecclesia, & ejus liberi, usque ad quartam generationem accentur ab Ecclesia, & beneficijs illius. *c. 10. c. 12. h. t.* Si communitas aliqua, licet non tota, sed tantum major ejus pars delinquat, quia major pars totam communitatem repræsentat, tota potest puniri. Ita jubet Dominus delere urbem, ac omnia, quæ in illa sunt, usque ad pecora, quod delictum aliquorum. *Deut. 13. ex v. 15.* non tamen possunt innocentes in vita, vel membris puniri: nam in hæc non habet Respublica potestatem, ut habet in bona suorum subditorum. Quando verò aliqui particulares alicujus Civitatis delinquant, ipsi tantum puniendi sunt. *L. 7. §. fin. ff. de Jurisd. vel aliqui ex ipsis, quo fors designet. Novel. 30. cap. 11.* ut in militibus transfugis quotidie fit. Si tamen omnes deliquerint, ut in seditione, vel tumultu, solum motores principales capite, cæteri verò mitius plectantur: v. g. in bonis fortunæ. *c. 5. 9. q. 1. Ubi enim multorum strages facit, ibi subrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius cbaritati.* Aliquando potest Civitas destrui, vel domus alicujus, quando gravissimum delictum est: v. g. contra Regem, debentur domus, & ædificia demoliri, & solum aratro proficindî, & sale conspergi, vel manu militari comburi. *Gom. Var. 3. cap. 1. ex n. 52. Hev. in Curia Philip. p. 3. §. 9. n. 1.* Et potest communitas in his casibus dissolvi. *L. 2. tit. 2. lib. 8. R. C. ibi: Y porque quando algun grave, y detestable crimen es cometido por algunos de algun Colegio, è Universidad, è razon que el tal Colegio, y Universidad sea disuelto, y aniquilado, y los menores por los mayores, y los unos por los otros sean punidos, &c.* Et sic fuit deletus Ordo Militaris Templariorum in Concilio Viennensi: & Jacobus de Molay totius ordinis Magister fuit Parisijs vivus flammis addictus. *Ann. 1313. Ludov. Morer. in suo Dict. Histor. V. Templiers.* Nunquam tamen in foro externo punitur delictum merè internum. *c. 14. c. 20. de Poenis. D. 1.* Hoc enim solum Deum habet ultorem, At verò conatus aliquo jam opere externo significatus puniri debet: & quidem regulariter pœna extraordinaria; nisi quando aliter in jure expresse disponitur, & jam

de aliquibus casibus diximus. *L. 2. tit. 31. p. 7. & ibid. Greg. Lop. L. 1. tit. 21. lib. 8. R. C. & ibid. Azeved. & alij.*  
321 Pœna vindicativa variè dividitur: nam 1. Alia est *capitalis*, alia non *capitalis*. Capitalis est ea, quæ reum punnit morte; vel naturale, quæ ultimum supplicium dicitur. *L. 21. ff. h. t.* vel civili: qua scilicet vel libertas, vel jus civitatis amittitur, ut damnatio ad metallum, vel deportatio. *L. 14. ff. h. t.* sed hodie talis est damnatio ad tritremes, Non *capitalis* est, quando salva libertate, & civitate, quis punitur: quod si in corpore, ut membri abscissione, fustigatione, vel incarceratione, & alijs dicitur *corporalis*. Alia verò extiminationem, & famam deprimunt, & infamiam irrogant. Alia delinquentem in bonis fortunæ puniunt, quibus aliqua multa pecuniaria, non parti, sed fisco applicatur, & dicitur pecuniaria. 2. Alia est *ordinaria*, alia *extraordinaria*, seu *arbitraria*. Ordinaria est ea, quæ definitur, & taxatur, à jure, vel consuetudine. Et hæc aliquando, solum motores principales capite, cæteri verò mitius plectantur: v. g. in bonis fortunæ. *c. 5. 9. q. 1.* Ubi enim multorum strages facit, ibi subrahendum est aliquid severitati, ut addatur amplius cbaritati. Aliquando potest Civitas destrui, vel domus alicujus, quando gravissimum delictum est: v. g. contra Regem, debentur domus, & ædificia demoliri, & solum aratro proficindî, & sale conspergi, vel manu militari comburi. *Gom. Var. 3. cap. 1. ex n. 52. Hev. in Curia Philip. p. 3. §. 9. n. 1.* Et potest communitas in his casibus dissolvi. *L. 2. tit. 2. lib. 8. R. C. ibi: Y porque quando algun grave, y detestable crimen es cometido por algunos de algun Colegio, è Universidad, è razon que el tal Colegio, y Universidad sea disuelto, y aniquilado, y los menores por los mayores, y los unos por los otros sean punidos, &c.* Et sic fuit deletus Ordo Militaris Templariorum in Concilio Viennensi: & Jacobus de Molay totius ordinis Magister fuit Parisijs vivus flammis addictus. *Ann. 1313. Ludov. Morer. in suo Dict. Histor. V. Templiers.* Nunquam tamen in foro externo punitur delictum merè internum. *c. 14. c. 20. de Poenis. D. 1.* Hoc enim solum Deum habet ultorem, At verò conatus aliquo jam opere externo significatus puniri debet: & quidem regulariter pœna extraordinaria; nisi quando aliter in jure expresse disponitur, & jam

pe imponitur aliqua poena, ut eius qualitas, & obligatio recte percipiuntur. *Vi. de Suar. de Legib. lib. 5. ex cap. 4.*

322 Princeps Supremus, vel Legislator habet jus aggregandi, hoc est condonandi poenam, etiam in Lege taxatam. Ipse enim est Lege superior, & Lex viva, ac proinde sicut posset Legem absolute revocare, poterit in ea in hoc, vel illo casu dispensare: imò & hoc facere potest, etiam si poena in Lege Divina veteri sit assignata: nam in Lege Gratiae jam Lex vetus non habet vim. *c. 3. de Constit. ut talis ergo condonatio valeat, solum requiritur Principis voluntas, à qua Legis obligatio pendet: ut verò licite fiat, debet non valde frequenter, sed raro hæc potestas exerceri, & quidem cum discretione, & prudentia, ne forte præjudicium Reipublicæ resultet ex hac nimia facilitate condonandi, & indulgenti: & vitij, & delictis scateat cum maximo publicæ quietis, & boni communis clamore, & perturbatione: nam certe sunt delicta, in quibus est culpa relaxare vindictam. *C. 1. de Postulat. Prælator. regulariter expedit potius, quam condonare poenam, eam in aliam mitiorem commutare. In nostra Hispania de hac gratia, quæ Hispani: Indulto, y perdon, dicitur hoc disponitur in L. 1. tit. 25. lib. 8. R. C. ibi: Los perdones generales, ó especiales, que Nos hacemos, se entiendan de todos los malescos, que fueren cometidos, y perpetrados, salvo aleva, ó traycion, ó muerte segura, y perdonando los enemigos, porque así entendemos, que cumple à nuestro servicio, y à provecho de nuestros Reynos. In L. 2. & seqq. hæc indultorum materia variè restringitur, & merito ob rationem text. in c. 1. D. 86. ibi: Inferiorum culpa ordinum ad nullos magis referenda sunt, quam ad desides, negligentisque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum asperiores dissimulant adhibere medicinam. Nam ut dicit D. Ambrosius in c. 33. 23. q. 4. Nonne cum uni indulget indigno plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facilitas enim veniæ incentivum tribuit delinquendi. *c. 12. de Vita, & honest. L. 2. tit. 28. lib. 8. R. C. ibi: Porque el perdon que de ligero se hace, dà ocasion à los hombres para hacer mal. Et ibid. Acced. In Indijs Proreges solum habent à Rege facultatem, de qua Solorz. Polit. Ind. lib. 5. cap. 13. Teniendo entendido, que no havete de perdonar delitos, que no fueren de rebelion, ó dependientes de***

ellos, y que de este poder no debeis de usar, si no fuere en caso de guerras, y alteraciones.

323 Judex verò inferior regulariter non potest dispensare in poena ordinaria à jure definita: Judex enim non debet de Legibus, sed secundum illas judicare. *c. 1. de Constit. c. 3. D. 4.* est enim inferior Lege, ac proinde non potest eam corrigere, vel immutare. *c. 16. de Majorit. Suarez de Legib. lib. 5. cap. 11. n. 2. & com. DD. cum L. Thom. 2. 2. q. 67. art. 4. in corp. ibi: Duplici ratione impeditur Judex, ne reum à poena absolovere possit: primo quidem ex parte actoris, ad cuius jus quandoque pertinet, ut reus puniatur, puta propter aliquam injuriam in ipsum commissam, cujus relaxatio non est in arbitrio alicujus Judicis, quia quilibet Judex tenetur jus suum recedere unicuique. Alio modo impediatur ex parte Reipublicæ, cujus potestate fungitur, ad cuius bonum pertinet, quod malefactores puniantur; sed tamen quantum ad hoc differt inter inferiores Judices, & Supremum Judicem, scilicet, Principem, cui est plenarie potestas publica commissa: Judex enim inferior non habet potestatem absolventi reum à poena, contra Leges superioris sibi impostas: sed Princeps, qui habet plenariam potestatem in Republica. Si ille, qui passus est injuriam velit eam remittere, poterit reum licite absolovere, si hoc publicæ utilitati viderit non esse nocivum. Omnes sanè Judices debent memoria retinere, ut executioni mandent, quod monet J. C. Marcianus in L. 11. ff. b. t. Perpicendum est judicanti, nequid, aut durius, aut remissius constituatur, quam causa deposcit: nec enim aut severitatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso judicio, prout quæque res exposulat statuerendum est. Quando verò aliquid dubium occurrit, vel circa factum, an scilicet delictum sit commissum, vel circa jus, quæ scilicet poena puniri debeat, in partem mitiorem semper inclinabit. *L. 11. L. 42. ff. b. t.* Pro quo præsertim habere oportet benignissimam nostri Hispani Imperatoris Trajani sententiam, verè tanto Principe dignam, qui sic *Asiduo Severo* referiplit: *Sotius enim esse impunitum relinquit facinus nocentis, quam innocentem damnare. L. 5. ff. b. t. L. 9. tit. 31. p. 7.**

324 Potest tamen Judex inferior aliquando poenam in Lege taxatam diminueri, vel augere pro cursu circumstantiarum. Et quidem potest mitigare po-

penam. 1. Quando reus ultro se Judicis iuribus, & coram eo crimen fatetur, præcipue in crimine prodicionis, vel læsæ Majestatis: nam etiam si complex sit, aliquando integrè absolvitur à poena. *L. 5. §. fin. C. ad Leg. Jul. Majest. 2.* Quando reus est valde nobilis, vel illustris: licet enim poena pecuniaria gravior sit puniendus nobilis, quam plebejus; poena tamen corporali mitius plecti debet nobilis, vel illustris. *L. 16. §. 3. ff. b. t.* vel etiam si benemeritus de Republica sit, vel in aliqua arte valde insignis, & excellens: tunc enim Judex Principem consulere debet. *L. 31. ff. de Poenis. Hevia in Car. Philip. p. 3. §. 17. n. 20. 3.* Ob infirmitatem animi, quæ in foemina, vel in minori multum excusat à culpa. 4. Si ob corporis debilitatem, vel constitutionem, poena redderetur gravior, quam meretur culpa, v. g. si ex Lege esset unus oculus excutiendus, & reus sit luscus, qui uno oculo careat. Et hac ratione suspenditur poena mortis, quando mulier punienda gravida est, quousque pariat. *L. fin. tit. 31. p. 7. 5.* Si non ex proposito, sed ex subita ira, vel ob gravem provocationem delictum committatur. *L. 8. tit. 31. p. 7. 6.* Quando aliquantum censetur crimen purgatum carceris asperitate, fetore, molestia, & diuturnitate: non ob suam culpam, seu contumaciam, sed ob Judicis moram. *L. 23. C. b. t.* Vel etiam temporis diuturnitate, quo fuit commissum delictum; saltem accedente constanti vitæ emendatione. *L. 25. ff. b. t. L. 8. tit. 31. p. 7.* quæ omnia comprehendens, ait, debere Judicem ad poenas imponendas considerare personas delinquentis, & passî damnum, tempus, locum, modum delinquendi, aliaque circumstantias. 7. Quando finis rumpitur sine fraude, vel dolo tempore executionis sententiæ, reo manente illaso, suspenditur ulterior executio, & Princeps consulitur, si in modo talis successus, aliqua singularis specialitas reliceat. *Hevia in Car. Philip. p. 3. §. 17. n. 22. Gom. 3. Var. cap. 3. n. 37. cal. 6. & ita me præsentè Manilæ contigit.*

325 Potest item Judex poenam ordinariam augere, quando delictum est contra Principem, parentem, Dominum, patronum, vel si committatur in Ecclesia, in theatro, vel in foro, vel coram superiore, vel noctu patretur; *arg. L. 16. ff. b. t.* Et præcipue si crimen sæpe iteretur: iteratio enim notabiliter aggravat delictum: nam qui tali frequentia in

crimen relabitur ferè nullam spem emendationis relinquit. *L. 28. §. 2. & 10. ff. b. t. L. 8. tit. 31. p. 7.* In nostra quidem Hispania, quando poena mortis imponitur, ense, aut gladio, aut furca, aut igne executioni mandanda est: non autem debet caput securi, aut falce amputari: nec debet delinquentis lapidari, præcipitari è turri, pontè, vel alio loco, aut crucifigi. Nec debet liberi hominî facies combustione, aut incisione deturpari, nec character, aut signum aliud ibidem insigi. *L. 6. tit. 31. p. 7.* in alijs corporis partibus potest fieri mutilatio, vel character insigi. Et in iniquibus castibus potest etiam in facie hominis aliquod insigi signaculum, ut in *L. 5. tit. 1. lib. 5. R. G.* habetur, ibi: *Mandamos, que qualquiera que fuesse casado, ó desposado por palabra, de presente, y se casare, ó desposare otra vez, que demás de las penas en el Derecho contenidas, que sea berrada en la frente con fierro caliente, que sea hecho à señal de q. sed hæc poena non est in usu, & tales polygami ab inquisitoribus hodie tantum puniuntur. *Acced. eum alijs in d. L. 5.* Et quamvis in *L. 6. tit. 31. p. 7.* dicatur, quod delinquentes possint tradi dilacerandi bestijs, hæc poena jam non est in usu, ut bene notat *Gregor. Lop. ibid.* De poena deportationis, & damnationis in metallum dicitur in *L. 1. tit. 24. lib. 8. R. C.* Mandamos, que cada, y quando que alguna, ó algunas personas, assi varones, como mugeres de nuestros Reynos, ovieren cometido, ó cometieren qualquier delito, porque merezcan, que à los tales las nuestras Justicias las destierren, que vayan à servir à la Isla Española.*

326 Poena sententiæ ferendæ non incurritur ante Judicis sententiam: Lex enim designat poenam infligendam à Judice, non eam infligit, ac proinde antequam infligatur à Judice non debetur à reo. Quando poena positiva est ipso jure lata, licet non sit necessaria sententia Judicis condemnatoria ad illam incurrendam: siquidem jus tali factò, vel actioni poenam taxavit, & diffinivit: requiritur tamen sententia Judicis declaratoria, ut debeat: nam quamvis Legislator posset obligare reum ad talem poenam subeundam, & in se executandam, etiam sine ullo Judicis interventu, ut de aliquibus Legibus Hispaniæ constat.

tar. *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 7. n. 7.* Regulariter tamen non constat, Legislatores, vel Ecclesiasticos, vel Sæculares de facto obligare voluisse reum ad talem in se exequendam poenam ante omnem Judicis sententiam. *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 7. n. 6.* Si poena sit privativa, & respiciat jus quærendum, sed nondum quæsitum, transgressores obligat ante omnem Judicis sententiam. Leges enim imponentes talem poenam, ad illius juris acquisitionem, tanquam conditionem requirunt, quod non ponatur illud factum, vel actio cui est annexa poena; ac proinde, posito illo facto, declarant reum non posse tale jus obtinere. Sic Beneficiarius non recitans horas Canonicas tenetur pro ratione temporis dimittere fructus beneficii. Siquidem illos suos non fecit ex defectu conditionis requisitæ ad illos acquirendos. *S. Pius V. Motu proprio, 12. Kal. Octob. 1571.* Episcopus, qui non consecratur intra 6. menses, à die à quo confirmationem obtinuit, Episcopatum ante omnem sententiam dimittere debet. *Trid. sess. 23. de Reform. cap. 2.* Parochus, qui intra annum culpabiliter omisit ad Sacerdotium promoveri, dimittere debet, ante omnem sententiam, beneficium Parochiale. *c. 14. de Elect. in 6. Navar. Man. cap. 25. num. 122.* Quando vero poena privat jure jam quæsitum, non incurritur ante sententiam Judicis declaratoriam; *arg. c. 19. de Hæret. in 6. & sic obtinuit usus, qui jure suffraganeus, has poenas in benigniorem partem interpretatur. c. 49. de Reg. jur. in 6. Covar. de Spons. p. 2. cap. 6. §. 8. Less. L. 2. de Just. & jur. cap. 29. §. n. 63. Sanchez de Matrim. lib. 2. D. 53. ex n. 5.* Ante omnem tamen sententiam incurritur censura ipso jure imposita, ac proinde reus statim debet abstinere à communicatione fidelium, à divinorum participatione, & ab administratione officij, vel beneficii; *arg. c. 29. 17. q. 4.* Idem, usi interprete, dicendum est de irregularitatibus, & inhabilitate ad ordinem susceptionem, vel executionem: ad contrahendum matrimonium: ad collationem beneficii, ad suffragium in electione, &c. *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 5. §. 9. Sanchez de Matrim. lib. 9. D. 30. in summa.* Si poena sit ferenda sententiæ, delinquens non amittit dominium rei, vel beneficii, quousque à Judice cum causæ cognitione condemnatur, & tantum à die condemnationis tenetur fructus restituere, si quos percepit. *Extrav. 2. de*

*Simon. inst. com.* Si poena sit ipso jure lata: v. g. quod Lex ipso jure imponat publicationem bonorum, beneficii privationem, delinquens amittit dominium rei ex tempore patrati criminis: ne alias verba, ipso jure, essent frustranea, & inutilia. *Suar. de Leg. lib. 5. cap. 8. Less. de Just. lib. 2. cap. 29. n. 64. contra Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 22. n. 2.* Retinet tamen possessionem, & usum rei, quousque per sententiam Judex declaret, poenam ob tale crimen inflictam à Legē, incursum esse. Sic beneficium retinet usque ad criminis declarationem Canonicus, qui Prælatum, vel alium Clericum suæ Ecclesiæ occidit. *c. 12. b. t. Clericus, qui alium Clericum percussit. c. 5. b. t. in 6. & alij hujusmodi.*

327 Quando verò in Lege additur *Abique alia declaratione, vel nulla mentione prævia, ut in Extrav. Ambitiose de Reb. Eccl. non alien. inter com.* dicitur de Prælato male alienante res Ecclesiæ, quod beneficium privatus existat ipso facto, & absque alia declaratione beneficium vacare censetur: tunc nulla requiritur declaratio, ut amittatur beneficium. Unde fit, ut statim oriatur obligatio in conscientia renuntiandi illud. *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 8. n. 14.* Aliud dicendum est in *c. 1. de Homic. in 6.* Ubi dicitur, quod nulla requiratur sententia contra Clericum, qui ipso jure privat beneficiis propter commissum assassinium, postquam de crimine probabilibus argumentis constiterit: ubi aliqua sententia innuitur: nam alias ad quid deberet Judicij constare probabilibus argumentis? *Suar. de Legib. lib. 5. c. 8. n. 15. Sanchez de Matrim. lib. 7. D. 53. ex n. 5.* Postquam reus est condemnatus ad poenam pecuniariam, vel est declaratum à Judice, eam incurrisse, quando hæc à jure imponitur: si reus appellatione, vel alio juris remedio non potest suspendere sententiæ executionem tenetur reddere pecuniam quandocumque ab eo petatur: retinere tamen potest, donec exigatur ab eo: nam potest prudenter præsumere ex praxi, & consuetudine, sibi eam condonari. *Castropal. tr. 3. D. 2. p. 4. num. 6. Suar. de Legib. lib. 5. cap. 7. n. 7.* Si ad poenam nimis durat condemnatur, v. g. ad mortem, mutilationem, gravem verberationem, non potest obligari, ut sibi mortem inferat, sumendo venum, vel à cibo abstinendo: sufficit si patienter ferat. Si verò sit in exilio, vel carcere non potest fugere, cum sententiæ justæ

parendum sit. *D. Thom. 2. 2. q. 62. art. 2.* Nisi forte carcer sit nimis durus, vel locus exilij sit infalubris: nam tunc fugere potest, cum sit valde difficile, reum obligare, ut sit Minister contra se ipsum poenæ adeo molestæ. Et hac ratione damnati, ad trimeses possunt in conscientia fugere. *Suar. de Legib. lib. 5. cap. 10. ex num. 5.*

328 Aliquando possunt plures poenæ eidem infligi delicto, ut si in uno actu, vel in una occasione plura delicta committantur, v. g. si quis alium percutiat, & simul in Deum blasphemet, pro crimine diversitate diversæ poenæ sunt imponendæ. *L. 2. ff. de Privat. delict. L. 32. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. imò idem delictum, si postquam semel est punitum, iterum repetatur, quia novum delictum est, novam poenam meretur. c. 1. b. t. Si verò idem delictum sit, quod habeat tractum successivum, ut adulterium, si non sit interruptum, vel jam à Judice punitum, licet sæpè repetatur, quoad poenam fori externi unum tantum censetur, & una poena, licet graviori, vindicatur. *Gloss. in L. Vulgari, V. Fœrit, ff. de Furtis. Covar. Var. 2. cap. 10. n. 8.* Insuper delicta, & poena morte delinquentium finiuntur. *c. 14. D. 23. l. 6. ff. de Publ. jud.* Si verò delinquens jam fuerat multa pecuniaria damnatus, nec sententia fuit per appellationem suspensa; cum scico sit jus ad eam quæsitum, eam ab hæredibus delinquentis repetet. *L. 20. ff. de Accusat.* Poena tamen corporalis regulariter non exequitur in delinquentium cadaveribus, nisi forte adeo atrox sit delictum, ut ad terrorem aliorum, vel ad tollendum scandalum, vel ob aliam justam causam expediat, ut cadavera furcæ suspendantur. Sic Ecclesiæ etiam mortuis Hæreticis, in sua contumacia persistentibus, denegat sepulturam: quin etiam si post mortem hæresis detegatur, condemnatur tanquam hæreticus, & ejus ossa exhumantur, & comburuntur: vel si hæc non possint haberi, eorum comburitur effigies, ut sæpè fit in Hispania. Etiam criminum per duellonis, & repetandarum post mortem causa inchoari potest, ut convicto reo, etiam mortuo, memoria ejus damnetur, & ejus bona successori ejus eripiantur. *L. 20. ff. de Accusat. L. fin. C. ad Leg. Jul. Majest.**

329 Inter poenas, aliæ animum afficiunt, aliæ corpus, aliæ in bona temporalia diriguntur. Inter poenas, quæ ani-

num afficiunt, infamia præcipuum obtinet locum. *Infamia est bona fame privatio*: fama etenim est statum illæse existimationis Legibus, ac moribus comprobatus. *L. 5. §. 1. ff. de Extraordin. cognit.* Hinc infamia erit sinistra opinio de fama, & existimatione alterius orta ex vitio: & quidem hoc debet esse publicum, & notorium notorietate juris, vel facti. *Sanct. in Decal. lib. 2. cap. 26. n. 2. Suar. de Cens. D. 48. sect. 1. ex n. 13.* Alia est infamia facti, quæ scilicet oritur ex delicto, vel defectu, & notam, & simul in Deum blasphemet, pro crimine diversitate diversæ poenæ sunt imponendæ. *L. 2. ff. de Privat. delict. L. 32. §. 1. ff. ad Leg. Aquil. imò idem delictum, si postquam semel est punitum, iterum repetatur, quia novum delictum est, novam poenam meretur. c. 1. b. t. Si verò idem delictum sit, quod habeat tractum successivum, ut adulterium, si non sit interruptum, vel jam à Judice punitum, licet sæpè repetatur, quoad poenam fori externi unum tantum censetur, & una poena, licet graviori, vindicatur. *Gloss. in L. Vulgari, V. Fœrit, ff. de Furtis. Covar. Var. 2. cap. 10. n. 8.* Insuper delicta, & poena morte delinquentium finiuntur. *c. 14. D. 23. l. 6. ff. de Publ. jud.* Si verò delinquens jam fuerat multa pecuniaria damnatus, nec sententia fuit per appellationem suspensa; cum scico sit jus ad eam quæsitum, eam ab hæredibus delinquentis repetet. *L. 20. ff. de Accusat.* Poena tamen corporalis regulariter non exequitur in delinquentium cadaveribus, nisi forte adeo atrox sit delictum, ut ad terrorem aliorum, vel ad tollendum scandalum, vel ob aliam justam causam expediat, ut cadavera furcæ suspendantur. Sic Ecclesiæ etiam mortuis Hæreticis, in sua contumacia persistentibus, denegat sepulturam: quin etiam si post mortem hæresis detegatur, condemnatur tanquam hæreticus, & ejus ossa exhumantur, & comburuntur: vel si hæc non possint haberi, eorum comburitur effigies, ut sæpè fit in Hispania. Etiam criminum per duellonis, & repetandarum post mortem causa inchoari potest, ut convicto reo, etiam mortuo, memoria ejus damnetur, & ejus bona successori ejus eripiantur. *L. 20. ff. de Accusat. L. fin. C. ad Leg. Jul. Majest.**

Jure item Canonico infames censentur, nisi aliqui expresse excipiantur. c. 2. e. 17. 6. q. 1. *Suar. de Cens. D. 48. sect. 1. n. 5.* Infamia equidem Canonica incurrit omnis ille, qui infamis est de Jure Civili, & præterea omnis ille, qui suis culpis exigentibus promoveri non potest ad Sacerdotium. c. 2. 6. q. 1. Et quidem quodlibet crimen, seu peccatum mortale publicum constituit hominem canonicè infamem, atque adeò irregularem, quandiu in eolatu publicè perseverat; *arg. c. 54. de Testibus. Suar. de Cens. D. 48. sect. 2. n. 6.*

330 Secundò: Infamia judicis sententia contrahitur, quando aliquis de crimine infamante condemnatur, etiam si in sententia non fiat infamiae mentio: dum sententia sit valida, & in rem judicatam transiisset. L. 6. §. 1. ff. de His, qui notantur infam. Sanchez in Decal. lib. 2. c. 26. n. 1. Infames ergo sunt qui accusati de publico delicto condemnantur, ut de crimine læsæ Majestatis, proditiõnis, vel falsi. L. 7. ff. de Publ. judic. Etiam ex delicto privato, ut de injuria, rapina, furto, exipolata hæreditate condemnati, infames fiunt. L. 7. ff. de Public. judic. L. 5. L. 8. L. 12. C. Ex quibus caus. infam. Et qui petio paciscuntur, ne accusetur de his criminibus. L. 4. §. fin. ff. de His, qui notant. & qui condemnantur de calumnia, vel prævaricatione commissa in judicio publico, vel de dolo malo commissio in tutela, mandato, deposito, societate, vel in accusatione alicujus criminis. L. 1. L. 6. ff. de His, qui not. L. 22. C. Ex quib. caus. infam. *Suar. de Cens. D. 48. sect. 1. Molin. de Just. tr. 4. D. 9. 3. Poena genere infamia incurritur, quando quis deportatur, vel in opus publicum ad tempus damnatur. L. 6. C. Ex quib. caus. infam. vel si quis ex justa causa fustigatur. L. 22. ff. de His, qui notant. Secus si causa indagandæ veritatis fustigetur. L. 14. C. Ex quib. caus. infam. Molin. de Just. tr. 4. D. 9. n. 19. Vel si quis militia causa ignominia examhoricetur, vel ordine moveatur, vel honoribus privetur. L. 1. C. 2. ff. de His, qui not. L. 3. C. Ex quib. caus. infam. Hæc reducitur infamia, quæ ad aliquos tantum effectus in jure expressos incurritur ex delicto alieno. Sic infames habentur filij perduellium, qui crimen læsæ Majestatis perpetrarunt. L. 5. §. 1. C. ad Leg. Jul. Majest. Filij, & nepotes illorum qui violentas manus in Cardinalem injecerunt. c. 5. b. t. in 6. Spurij, & similes. Ali-*

quando etiam sine culpa, sed tantum ex officio vili contrahitur infamia. Sic pro varietate Regionum aliqui Officiales, nec eorum filij admittuntur ad aliqua officia: quia infames reputantur. Et infames à Dignitatibus, & honoribus arcemur. L. 2. C. de Dignit. c. 11. de Excessib. Prælator. c. 87. de Reg. jur. in 6. adeo, ut si ipsis dignitates, vel beneficia Ecclesiastica conferantur, collatio sit ipso jure nulla saltem in foro externo; pro foro verò interno, cum pro eo nullum jus tales provisiones irritet, bene subsistent. *Navo. Man. cap. 27. n. 207. Molin. de Just. tr. 4. D. 11. Garcia de Benef. p. 7. cap. 8. n. 47. & alij.*

331 Profectò infames: etiam sunt irregulares, ac proinde neque ad ordines promoveri, neque in jam susceptis ministrare valent: Quippe tantum debent, ad tam sacrum ministerium admitti homines bonæ famæ, & exiltimatiõnis. C. fin. D. 51. c. 17. 6. q. 1. Quando verò infamia est facti, hæc per emendationem vitæ cessante, cessat hoc impedimentum, quod non est propriè respectu illorum irregularitas, sicut verè est respectu infamium infamia juris. Etiam ab alijs actibus legitimis, & muneribus publicis excluduntur: ac propterea nequeunt esse Judices, Assessores, Advocati, Tabeliones, accusatores, nec testes. c. 17. 6. q. 1. c. 54. de Testib. L. 3. §. 1. ff. eod. Ab hæreditate in testamento relicta excluduntur, non solum si parentes, sed etiam filii fratres, vel sorores agent de officio. L. 27. C. de Inoffic. Testament. Infamia juris ex se est perpetua, potest tamen tolli à Principe, à quo imposita est: à Pontifice quidem pro foro Canonico, & etiam ab Episcopo; *arg. c. 23. de Sent. & re judic. à Principe Sæculari pro foro Civili. c. 7. §. Hinc, 2. q. 3.* Infamia à Jure Civili inducta, & Jure Canonico recepta, si à Principe, vel Magistratu Sæculari tollatur, etiam pro foro Canonico ablata censetur. Infamia facti factò contrario, & vitæ emendatione, & per baptismum aboletur. c. 4. D. 56. c. 54. de Testib. *Suar. de Censur. D. 48. sect. 2.*

332 Inter poenas corporis afflictivas habetur incarcerationio: Ad hæc ergo Clerici possunt damnari, non tantum, ut ibidem custodiantur, ad quod tantum ex Jure Civili carcer habetur. L. 8. §. 9. ff. b. t. L. 4. tit. 31. p. 7. Sed etiam ut ibi affligantur, ut ex Jure Canonico in c. 3. b. t. in 6. & praxi Tribunalium habet.

betur: Debet tamen carcer non esse squalidus, sed decens. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 6.* potest tamen pro qualitate delicti exasperari, ita ut incarcerationis solum pæne doloris, & aqua angustia sustentetur. c. 27. de V. S. & contra vitæ subsidium mortis solatium invocet: vivens poena, non culpe: vindictæ speculum, non offensa. c. 5. b. t. in 6. Imò olim personæ Deo dicatæ turpiter viventes mancipabantur ergastulo. *Hispani: Mazmorra. c. 8. §. S. Iovon. D. 45. c. 11. 27. q. 1. quin, & in casibus, in quibus de Jure Civili poena mortis, non simplex, sed atrocior esset infligenda, carcer debet esse perpetuus. c. 15. §. 1. de Hæretic. nunquam tamen possunt negari incarcerationio alimenta ad vitam necessaria: alias Episcopus irregularis fiet, si ex talium defectu mors sequatur: imò si injulst, & sine sufficienti informatione Clericum incarceret excommunicationis poenam incurret; *arg. c. 15. de Sent. excom. in 6.* Etiam Laicos potest Judex Ecclesiasticus incarcerationis in delictis ad suum Tribunal spectantibus, præcipue in causa hæresis. c. 15. §. Si quis, de Hæret. At in nostra Hispania Judex Ecclesiasticus nequit per se, vel suos Ministros capere Laicos, nec bona ipsorum, sed indiget auxilio brachij Sæcularis. L. 14. tit. 1. lib. 4. R. C. & Civitas Placentiæ in contradictorio judicio Regiam obtrinitur executoriam, qua fuit declaratum, Judicem Ecclesiasticum Laicos per se incarcerationem non posse, nisi in tribus casibus, scilicet pro hæresi, sacrilegio, & stupro: eo quod in stupro ad matrimonium concluditur. *Aceved. in L. 14. tit. 1. lib. 4. R. C. n. fin.* Item Clerici, etiam Sacerdotes, torqueri possunt, mitius tamen, quam Laici, & tantum si dentur majora indicia, quam quæ ad Laicorum torturam sufficerent. Et licet olim à Laico non possent torqueri: Hodie ex consuetudine Laicis committitur tortura Clericorum; *arg. c. 15. de Sentent. excom. in 6. Diaz. Pract. Crim. Canon. cap. 117.* Judices Ecclesiastici etiam possunt relegare, seu in exilium Clericos mittere. c. 8. D. 45: Episcopus quidem potest relegare à sua Diocesi, Archiepiscopus à tota sua Provincia. *Gonz. in c. 1. de Calumniat. n. 14. & alij.* At verò, ut per tale exilium à toto Regno, Civitatis, & patriæ jura adimantur, cum hæc poena non sit pæne Ecclesiam, debet auxilium sæculare implorari. c. 2. de Cleric. excom. ibi: *Quod si aliquis ita omnia contempserit, & Episc.**

copus minimè emendare potuerit, Regis judicio ad requisitionem Ecclesie exilio damnatur. Et in hoc sensu dicit *Barb. in d. c. 2. n. 4.* quod Ecclesie poenam exilij non habet. *Gonz. in c. 1. de Calumniat. n. 14.* Ubi plures Textus, DD. citat. Olim Clerici, & aliquando Laici, etiam foemina ob graviora crimina in arcum Monasterium detrahebantur. c. 6. b. t. c. 2. de Adult. c. 10. de Purgat. Canon. non ut fierent Religiosi, sed ut de suis peccatis Monachorum exemplo allecti, poeniterent, & de salute animæ cogitarent. c. 7. D. 50. c. 6. §. fin. de Homicid. c. 14. de Poenit. & remis. Hæc poena ferè in usu non est, & in ejus locum rei ad tritremes condemnantur, vel ad carcerem. Qui verò in perpetuum damnantur ad tritremes prius degradantur: quæ ad tempus verbaliter deponuntur, & à licitoribus tritremium, *Hispani: Comitres* licite verberantur. Etiam Olim Clerici flagellabantur, seu verberabantur. c. 4. de Raptor. c. 1. de Calum. sed hæc poena in Hispania, & alibi in desuetudinem abiit. *Barbos. in c. 1. de Calum. num. 2.*

333 Judex Ecclesiasticus potest imponere Clerico, vel etiam Laico, in causis sui fori multam pecuniariam. c. 2. b. t. c. 18. de Offic. Ordin. c. 14. de Jureis. c. 4. de Raptor. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 3.* non iolum, quando hæc à jure, vel à Synodali Constitutione est statuta, sed etiam quando poena delicti comissi est arbitraria, *arg. c. 4. de Offic. delegat.* Quando verò alia poena, v. g. corporalis est à jure statuta, nequit Judex Ecclesiasticus eam in pecuniariam convertere. c. 3. b. t. tum: quia non debet contra, sed secundum jus judicare. Tum, ne avaritiam sectari videatur: tum ne delictis ansa detur, quia nullam reus permittit culpam, quam redimere nummis exiltimat. c. 13. §. fin. de Offic. Ordin. c. 13. de Vita, & honest. Hæc multæ sunt applicandæ causis pijs, existentibus in loco delicti commissi. Nec potest Judex eas applicare mensæ, vel Camera Capitulari: nec etiam Ecclesie Cathedralis fabricæ, nec stipendio Vicarij, vel Officialium. *Trid. sess. 25. de Ref. cap. 3. Barbos. de Offic. Episc. alleg. 107. n. 19.* in nostra Hispania imponitur obligatio Judicibus Ecclesiasticis applicandi in subsidium belli contra Infideles poenas pecuniarias, quas ipsi imponunt, & quamvis olim tota summa multæ, sic esset applicanda, hodie sufficit, dimi-

diu illius applicare Cruciatam. In Indijs non debet Index Ecclesiasticus facile has penas Laicis imponere. *L. 47. tit. 7. lib. 1. R. Ind.* Et in *L. 52.* ejusdem tituli dicitur: *Otrofrogamos, y encargamos à los Prelados, Provisores, y Vicarios Generales, que de las condenaciones, ó multas, que hicieren en sus Juzgados, apliquen alguna parte para las guerras contra Infieles, y gastos de nuestras Armadas.* Si bona Clericorum confiscentur, ut in *c. 26. de V. S. c. 10. de Heret.* & alibi, de Jure Communi bona beneficalia cedunt Ecclesie. *c. 13. §. Dammati, de Heret.* vel Ecclesijs, à quibus stipendia Clerici percipiunt; *arg. c. 12. de Testam.* vel ipsius Ecclesie sicut ad pios usus applicanda. Bona tamen patrimonialia, & ubi de beneficalibus jure, vel consuetudine, tanquam de patrimonialibus Clerici disponunt, ac restantur, ut servatur in nostra Hispania, sicut Sæculari addicuntur. *Sanchez in Decal. lib. 2. cap. 20. n. 25. & seq.* & ita usu Hispanie est introductum, ut bona Clericorum, sive mobilia, sive immobilia, quæ ob ipsorum hæresim publicantur, applicentur sicut Sæculari. Etiam est aliquomodo poena (& ideo huc reducitur) quando Index condemnat victum, ut victori refundat expensas. *c. 4. b. t. L. 13. §. 6. C. de Judic.* quas ipse Index taxare debet, & victor jurare, se tantum expensisse, quantum Index taxavit; *arg. c. 7. de Injur.* Si eas saltem generice petijt victor, & victus litigavit calumniose, & per dolum, vel saltem temerè, etiam sine dolo. *L. 79. ff. de Judic.*

334 Poenis etiam spiritualibus, quæ scilicet, aliquo Jure Spirituali privant, puniuntur delicta Clericorum. Sic aliquando privantur beneficijs: Et quidem vel ipso jure, quando sine alia sententia ipsi delicto annexa est privatio. Talis est occisio Recltoris, vel beneficiati Ecclesie, in qua beneficium quis habet. *c. 12. b. t. vel persecutio; vel captivatio alicujus Cardinalis, vel cooperatio ad eam. c. 5. b. t. in 6. Persecutio, vel persecutio Episcopi, c. 1. b. t. Detentio violenta personæ Ecclesiasticæ ad impediendam comparationem apud Sedem Apostolicam, vel ad extorquendam beneficij renuntiationem. c. 2. b. t. Quando ipso jure Clericus privatur beneficio, tunc delicto commissio amittitur titulus, & proprietates beneficij, & tunc vacare creditur, ac proinde nequit reus ex tunc illud permutare, nec facit fructus suos, & ab alio*

beneficium jam potest impetrari; *arg. c. 28. de Prabend. in 6.* Aliquando Clerici beneficijs per sententiam privantur, Tunc enim est necessarium, quod sententia, non solum declaret crimen commissum, sed insuper privet beneficium: nec ante talem sententiam beneficium amittitur, ac proinde reus facit fructus suos, potestque beneficium permutare, nec ab alio potest impetrari. Siquidem quousque sententia sequatur, non est vacans. *Covar. de Spons. p. 2. c. 6. §. 8. n. 8. Laym. L. 4. tr. 2. c. 17.*

335 Depositio simplex non longè abest à beneficij privatione: imò aliquando cum ipsa confunditur: Hæc ergo poena solet imponi Clericis, & quidem solis, licet aliquando ad Religiosos, etiam non Clericos, imò, & ad Abbatissas extendatur. Differt à privatione: nam hæc solum beneficio obtento privat, quin reum inhabilem reddat ad aliud, vel ad ipsum beneficium rursum obtinendum: depositio tamen ad aliud, vel ad ipsum rursum obtinendum inhabilitat. *Suar. de Censur. D. 30. sect. 1. ex num. 14.* Etiam solet depositio cum suspensione confundi, ab ea tamen differt, quod suspensio est poena medicinalis, & de se non perpetua, ac proinde, cessante contumacia, debet tolli: imò etiam si perpetua insligatur suspensio adhuc ab ea differt depositio: nam hæc privat ipso officio, & proprietate, ac titulo beneficij. Secus suspensio, quæ solum ordinis exercitio, fructibus beneficij, & usu jurisdictionis privat. *Suar. de Censur. D. 30. sect. 1. ex num. 4.* Hæc depositio dicitur simplex, verbalis, & specifica: ut distinguitur, à degradatione, quæ realis, & sollemnis depositio dicitur. Hæc ergo depositio est poena, qua Clerici in perpetuum removeantur ab ordine, beneficio, & officio simul, vel à quolibet eorum separatim. Depositi enim removeantur, 1. *Ab Ordine*, quando scilicet, ab exercitio Sacerdotij, vel Episcopatus privantur. Ordo tamen, & character absque dubio manent: ac proinde obligatio recitandi Horas Canonicas. 2. *Ab Officio*, quando scilicet, removeantur ab administratione Sacramentorum, & usu jurisdictionis. 3. *A Beneficio*, quando privatur Dignitate, vel Parochia, ita ut titulum, & proprietatem amittat, & inhabilis reddatur ad aliud. Depositi olim ob adulterium, perjurium, furtum, & alia majora, & minora crimina prædictis imponebantur. *arg. c. 4. de Judic.* Hodie solum ob crimi-

mina valde atrocia, & scandalosa insligitur. v. g. ob homicidium præmeditatum, vel violentum stuprum, vel fornicationem notoriam continuatam contemptis monitionibus, vel furtum sacrilegum rei pretiosæ; *arg. c. 6. de Cohabit. Cler. Triad. sect. 25. de Res. cap. 14.*

336 Inter alias penas Ecclesiasticas bene potest numerari irregularitas ex delicto proveniens: quia saltem secundario est poena. Irregularitas sic est dicta, quasi deviatio sit à regula Jure Canonico statuta pro ascendentibus ad ordines, communiter definitur: impedimentum Canonicum ex se directe, ac primario impediens susceptionem ordinis, & jam susceptorum usum. *Suar. de Cens. D. 40. sect. 1. ex n. 1. Nav. Man. c. 27. n. 191. Covar. Lacr. L. 7. c. 5. n. 429.* Dicitur 1. *impedimentum*, per quod cum censuris convenit, & cum alijs impedimentis, etiam ad ordines suscipiendos, quæ proprie sunt incapacitates, non irregularitates: nam hæc capacitates in subiecto supponunt: secus illæ, v. g. amentia, defectus baptismi, defectus sexus virilis, vel aliorum membrorum. 2. dicitur *Canonicum*: nam irregularitas à Jure tantum Canonicum, & quidem communi, & in casibus solum expressis, insligitur, non tamen à Constitutione Synodali, multoque minus à Jure Civili. *c. 18. de Sent. excom. in 6.* Nec per Judicis sententiam potest imponi: nec ab alio potest statim, quam à Rom. Pontifice, qui est unicus in jure nostro Legislator. *Suar. de Cens. D. 40. sect. 4. n. 7.* Et hæc ratio ipse non incurrit irregularitatem aliquam, cum ipse jure eam imponente, non inferior, sed superior sit. *c. 14. de Consec. prebend. Lacr. L. 7. ex n. 444. 3.* dicitur: *Esse directe ac primario impediens susceptionem ordinis.* Nam irregularitas impedit susceptionem ordinis, non tamen irritat ipsius susceptionem, si forte ab irregulari ordo suscipiatur: & valide, quamvis illicite exercetur. Nequidem prima tonsura suscipitur licite ab irregulari, quia hæc, vel est ordo, vel saltem est dispositio ad ordines, & sub ordine late dicto comprehenditur. *c. 12. de Civit. & qualit.* nam si finis prohibetur, ad quid deservit dispositio? Et hic est principalis illius effectus: nam licet aliquando imponatur in modum poenæ, tamen non sic præcipit ad vindictam delicti, sed ob honorem, & decentiam status Clericalis. Ecclesiam enim dederit ejus Ministros aliquo vitio, delicto, vel de-

fectu laborare. Sanè irregularitas non privat actionibus, quæ communes sunt Laicis, & Clericis, ut sunt communicatio cum fidelibus, sepultura Ecclesiastica, baptizare sine solemnitate, Officia Divina prædire, alia Sacramenta, præter ordines, suscipere. Et in hoc à censuris, depositione, & degradatione differt: nam licet hæc susceptionem, & usum ordinis impediunt, non tamen directe hoc faciunt: nam excommunicatio major impedit, quatenus est communicatio cum fidelibus: excommunicatio minor, quatenus ordo est Sacramentum Ecclesie: suspensio non privat pro se susceptionem, sed usu ordinis, quia solum Clericis imponitur: cum è contra irregularitas præcipue Laicos afficiat, quos ab ordinibus arceret. Interdictum impedit, quatenus ordo est Sacramentum, & ministerium sacrum. Depositi, & degradati non privant directe ordinum susceptione, sed eorum usu. 4. dicitur: *Et jam susceptorum usum*: nam Clerici incurrentes irregularitatem prohibentur ordines, quos habent exercere. Et quidem omnino, si irregularitas ex delicto proveniat. Sic Diaconus v. g. homicida nullum suorum ordinum habet usum, nec potest ad Sacerdotium promoveri. Si ex defectu proveniat, solum privat eo exercitio, quod per defectum non potest Clericus exercere; & susceptione ordinis, ad quem per defectum est inhabilis: secus respectu usus, & exercitij, ad quod habilis manet. Sic Sacerdos, cui abscessi sunt duo digiti cum medietate palmæ, est irregularis ad celebrandum: secus ad alia Sacramenta ministranda, ad absolvendum, assistendum Matrimonio, &c. *Suar. de Cens. D. 40. sect. 2. & 3.*

337 Irregularitas alia ex defectu, alia ex delicto provenit. Ex defectu irregulares sunt. 1. Ex defectu animi infantes, phrænotici, amentes, lunatici, & similes. 2. Ex defectu natalium, illegitimi. 3. Ex defectu corporis, hermaphroditis, mutilati aliquo membro, ita ut ille defectus usum ordinis impediatur, vel notabile scandalum, vel horrorem generet. 4. Ex defectu libertatis, servi, & conjugati. 5. Ex defectu significationis Sacramenti, bigami. 6. Ex defectu lenitatis, milites, qui etiam in bello justo, & Ministri Justitiæ, qui aliquem occiderunt, vel mutilarunt. De quibus omnibus in suis locis egimus, & decenteriam status Clericalis. Ecclesiam enim dederit ejus Ministros aliquo vitio, delicto, vel de-

electificam censuram ordinem suscipiendo, vel in illo ministrantes, dum censura sunt ligati: infames infamia juris, vel facti: iterantes baptismum: suscipientes furtive ordinem: vel ministrantes in ordine non suscepto. De quibus in suis locis jam aliquid dictum est. Irregularitas alia est *perpetua*, quæ scilicet, tantum dispensatione tollitur. Alia *temporalis*, quæ scilicet, lapsu temporis cessat: qualis est irregularitas ex defectu ætatis legitime proveniens. Alia est *totalis*, quæ scilicet, privat cujuscumque ordinis susceptione, & omni usu susceptorum. Alia est *partialis*, quæ scilicet, tantum aliquo ministerio, non tamen omni usu ordinum privat, ac proinde nec beneficijs, non requiritibus usum ei repugnantem. Irregularitas, etiam totalis, non privat ipso jure beneficijs, nec pensionibus ante eam obtentis, cum nullo jure talis poena exprimat. Licet quando talis Clericus fiat irregularitas ex delicto privandus sit. *Trid. sess. 14. de Ref. cap. 7. c. 19. de Hæret. in 6. c. 1. de Homic. eod.* Deinde: si irregulari absolute tali conferatur beneficium, ad quod inhabilis sit, talis collatio illicita, & irritanda est, quia ipse est inhabilis ad officium, censeturque proinde inhabilis ad beneficium, quod propter officium datur; *arg. c. 3. de Conf. tamen probabiliter*, contra communem tenetur, talem collationem, non esse irritam, cum non expresse in jure constet de Decreto irritante collationem, ut constare deberet. *c. 6. de Præbend. in 6. Suar. de Conf. D. 40. sect. 2. Castropal. tr. 29. D. 6. p. 5.* Et cum irregularis possit dispensationem obtinere. *C. fin. de Cleric. pugn.* Interim posset suo muneri satisfacere, serviendo per alium beneficium, ac proinde fructibus interim gauderet, nec eis esset per sententiam privandus, etiamsi beneficio privaretur. Titulum enim beneficij habet, & jus percipiendi fructus, exercitio muneris, etiam per alium posito. Nec jurisdictione fori externi privatur irregularis, cum jurisdictione non sit actus ordinis, ac proinde licet potest excommunicare, beneficia conferre, eligere, & si Parochus est, matrimonio assistere, & alijs licentiam dare matrimonio assistendi, & administrandi alia Sacramenta. *Suar. de Conf. D. 40. sect. 2.* Insuper cum irregularitas ex delicto proveniens in vim poenæ, & quidem gravissimæ, sit inducta, non incurritur, quoties non datur peccatum grave, ut inter poenam,

& culpam detur proportio, nec sufficit, si hoc merè internum sit: nam talia peccata, sibi vindicanda Dominus reservavit. *c. 1. 15. q. 6.* si verò sit externum, & consummatum juxta proprietatem verborum Canonis imponentis irregularitatem, quantumvis occultum potestati Ecclesie subiacet, & poenis ab ea ipso facto inflictijs; *arg. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 6. Suar. de Conf. D. 40. sect. 3. n. 2. & com. DD.*

338 Qui dubio circa irregularitatem laborat, sive sit dubium facti, quia dubitet, an factum, quod certò habet irregularitatem annexam commiserit, sive sit dubium juris, quia dubitat, an factum, quod certo commisit, habeat irregularitatem annexam, debet abstinere ab illis actibus, qui irregulari prohibentur: ne alias periculo violandi irregularitatem se exponat. *c. 5. de Cleric. excomm. ministr.* Et hoc tenendum est, quando dubium est practicum. *Suar. de Conf. D. 40. sect. 5.* quamvis *Lacroix lib. 7. n. 450.* dicat, sententiam contrariam esse communissimam: quia cum possessio sit pro libertate pro utroque foro, non debet sic dubitans se irregulare censere, nec se exponere periculo peccandi, illos actus exercendo, quia practice potest deponere dubium, cum non semper sit obligatio sequendi tutiora: quod quidem verum est, juxta *Suar. de Conf. D. 40. sect. 5. n. 13.* Si post sufficientem diligentiam remaneat dubium, sive sit juris, sive facti, nec debet eo laborans, tunc se pro irregulari gerere: nam nullo jure est expressum, sic dubitantem post diligentem inquisitionem, se pro irregulari habendum esse, & aliunde ex *c. 18. de Sent. excom in 6.* constat, nullam irregularitatem incurri, nisi sit in jure expressa, sicut nullum in tali dubio, an sit excommunicatus, vel non, debet se pro excommunicato gerere, ut tenet *Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 10. n. 55.* E contrario tamen, quando constat de homicidio, & dubium est, an tu pateraris illud, vel aliunde secutum sit, debes in tali dubio facti irregularis in utroque foro reputari, & abstinere precise à celebratione Missarum, quousque dispensationem obtineas judicandus es irregularis, quoad privationem beneficiorum, nec quod alias poenas, quia ita in jure expressum est in *c. 12. c. 18. de Homicid.* ob specialem indecentiam, & horrorem homicidij, quæ poenalis, & odiosa dispositio non extenditur ad alia delicta, in

in quibus simile dubium facti detur; *arg. c. 9. de Cleric. excomm. Suar. de Conf. D. 40. sect. 6. Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 10. n. 48. Navar. Sylv. Lacr. lib. 7. ex n. 450.* ac proinde extra casum homicidij in quocumque dubio, sive juris, sive facti, circa irregularitatem, sive dubitetur, an his casus contineatur sub Lege inducente irregularitatem, vel an quis commiserit talem casum sub Lege contentum, nemo debet irregularis censeri. *Lacroix lib. 7. n. 450.* Imò neque in dubio juris circa irregularitatem ex homicidio incurritur, neque in foro externo, neque in foro interno aliqua irregularitas, utpotè nullo jure expressa. *Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 10. n. 42.* & ob eandem rationem dicendum est, quod non incurritur irregularitas in dubio facti circa mutilationem. *Sanch. in Decal. lib. 1. cap. 10. n. 49.* alij plures DD. aliter dicuntur, & tenent apud citatos. Qui ergo ex conscientia erronea faceret actum, cui crederet, esse annexam irregularitatem, licet peccaret, non incurreret irregularitatem, ac proinde postea ablata ignorantia, posset liberè operari: nam irregularitas non ex conscientia, sed ex Lege cum imponente procedit. *Suar. de Conf. D. 40. sect. 5. n. 11.*

339 Qui ignorat, aliquod delictum, cui irregularitas est annexa esse specialiter prohibitum, non incurrit irregularitatem; quia poenæ adjectæ alicui Legi, non incurritur ab eis, qui illas ignorant; *arg. fin. de Constit. in 6.* & irregularitas ex delicto proveniens in modum poenæ insignitur; quia, & poenæ extraordinaria est. Deinde: quia mitius debet puniri, qui Legem ex ignorantia, quam qui ipsam ex malitia transgreditur. *c. 2. D. 82.* Si tamen sciat, delictum esse specialiter ab Ecclesia prohibitum, ignoret tamen probabiliter, illi esse annexam irregularitatem: cum hæc sit poenæ extraordinaria, sicut non incurritur censura, ab ignorante, eam annexam esse delicto, ita irregularitatem non incurrit in foro conscientia ab eam ignorante, ut probabile tenent *Suar. de Conf. D. 4. sect. 9. n. 22. Sanch. de Matr. L. 9. D. 32. n. 21. Nav. in Man. cap. 23. n. 45.* & alij, licet contraria sententia tenenda sit, ut communis, & praxi recepta. *Carden. Crif. dif. 75. n. 36. Lacroix lib. 7. n. 482.* Nam irregularitas, etiam ex delicto proveniens, non est poenæ medicinalis, sicut est censura: ac proinde non requiritur illius scientia, nec contumacia, ut in-

curratur: sed est quedam macula moralis, & inhabilitas à jure statuta, propter quam quis accretur à ministerio altaris. Sicut impedimentum matrimonij ex affinitate orta ex copula illicita, incurritur ab ignorante, illud impedimentum esse annexum tali delicto, quia ex quadam inhabilitas, licet habeat aliquam rationem poenæ.

340 Cum irregularitas sit impedimentum Canonicum à jure inductum solum à Romano Pontifice Supremo juris dispensatore potest tolli, *arg. c. 4. de Usur.* Et ex juris dispositione etiam in ea dispensare Episcopus valet. *Trid. sess. 24. de Ref. cap. 6. ibi: Liceat Episcopis in irregularitatibus omnibus ex delicto occulto provenientibus, excepta ea, qua oritur ex homicidio voluntario, & exceptis alijs deductis ad forum contentiosum dispensare.* Nomine Episcopi veniunt Archiepiscopi, respectu suæ Diocesis tantum, non respectu Provincia; *arg. c. 1. de Offic. Legati. c. 11. de Offic. Ordin. Capitulum Sedevacante. c. 14. de Major. & obed.* quia hoc non competit Episcopo jure delegationis sed jure ordinario, licet speciali. Item Abbates, & alij Prælati jurisdictionem quasi Episcopalem cum territorio habentes, & Vicarius Episcopi, si ei specialiter hæc facultas delegetur, & non aliter. Hi omnes, etiam in foro externo possunt dispensare cum suis subditis, hoc est, cum habentibus domicilium, vel quasi domicilium in sua Diocesi, vel territorio, secus cum alijs. Extra Diocesim tamen existens Episcopus potest cum suo subdito, etiam extra eam existente dispensare, cum hoc sit actus jurisdictionis voluntariae. Delictum licet probari testibus possit, erit (quod prærens) occultum, si à majori parte populi, seu communis ignoretur. Nec ad forum contentiosum deductum intelligitur usque ad litis contestationem: vel si post litem contestatam absolvatur reus ab instantia, multoque magis si definitive à delicto absolvatur. *Suar. de Conf. D. 41. sect. 2. Sanch. in Decal. L. 2. c. 11.* Prælati Regulares exempti possunt cum suis subditis in foro conscientia tantum in irregularitatibus omnibus dispensare: ad quod cujusque Religionis privilegia attendi debent. Episcopi in Indijs vi facultatum, quas solitas appellamus, possunt dispensare in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis, quæ vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt. Et etiam in his duobus casibus

bus poterunt, si præfata necessitas operatorum ibi fuerit. Si tamen quoad homicidium voluntarium ex huiusmodi dispensatione scandalum non oriatur. Commiffarius Generalis Cruciatæ potest dispensare in irregularitatibus, exceptis illis, quæ procedunt ex homicidio voluntario, simonia, apostasia à fide, hæresi, aut mala ordinum acceptione, aut ex celebratione Missæ, & aliorum Divinorum officiorum, cum quis censura esset ligatus, in contemptum clavium. Potest verò dispensare in reliquis, quæ procedunt ex delicto, ut possint retinere beneficia, & percipere fructus eorum, dædendo infamiam, & inhabilitatem, quæ ab irregularitate proveniunt, & restituendo exercitiæ ordinum non male acceptorum. Idem possunt subdelegati Cruciatæ in his Indiarum Provinciis, ut constat ex eorum instructione. Per Bullam tamen Cruciatæ nulla irregularitas tollitur. Per professionem Religiosam tollitur irregularitas ex defectu natalium, in ordine ad suscipiendos ordines: cæteræ non tolluntur. Per baptismum non delentur irregularitates, quæ ex puro defectu proveniunt: v. g. si claudus, cæcus, bigamus, vel illegitimus sit, vel aliam deformitatem habeat: tolluntur verò illæ, quæ ex culpa procedunt, sicut, & ipsa culpa deletur, nisi forte contrarium in iure sit statutum. Nec alia regula generalis potest dari. *Suar. de Cens. D. 46. sess. 1. num. 2.*

341 Ultima, & gravior poena, quam Iudex Ecclesiasticus infligere valet, est degradatio: Nullus enim Iudex Ecclesiasticus potest ad mortem condemnare, c. 4. de Raptor. nisi R. Pontifex, qui est supra totum Jus Positivum. c. 4. de Consec. præb. Et ideo postquam reus in profundum malorum vorans poenas Ecclesiasticas contempserit cum Ecclesia non habeat ultra quod faciat, ne possit ultra esse perditio plurimorum per Sæcularem comprimendus est potestatem, ita quod ei deputetur exilium, vel alia legitima poena inferatur. c. 10. de Judic. l. 6. tit. 6. p. 1. Et quidem solum ob crimina in iure expressa est Clericus brachio, & Curia Seculari tradendus, non ob alia, etiam expressis majora; arg. l. 15. §. fin. ff. de Reg. jur. c. 44. eod. in 6. Talia sunt hæresis, & apostasia à fide, quando in ea reus est cotumax, vel quando in eam est relapsus, licet poeniteat, & ad fidem redeat. c. 1. c. 4. de Heret. in 6. 2. Assassinium c. 1. de Homic. in 6. 3. Falsificatio litterarum

Apostolicarum. c. 7. de Crim. fals. c. 27. de V. S. 4. Conspiratio, insidie, calumnia, vel contumelia gravis in Episcopum. c. 18. 11. q. 1. 5. Sodomia, non semel, sed sæpe commissa ex *Constit. S. Pij V. Horrendum Kal. Sept. 1568.* licet non ubique hæc constitutio sit admittita. 6. Missæ celebratio, & auditio Sacramentalis poenitentia à non Sacerdote attentata. *Clem. VIII. & si alias 1601.* Hæc tamen constitutio non est admittita in Hispania. 7. Monetam auream, vel argenteam fabricare, vel adulterare, vel adulteratam erogare in Italia ex *Constit. Urban. VIII. An. 1627.* Cum ergo aliquod ex his criminibus à Clerico committitur, etiam non expectata incorrigibilitate, statim potest degradari. In alijs verò delictis, quamvis graviora sint expressis, non potest Iudex ad degradationem procedere, quin prius pronuntiet, reum esse incorrigibilem. c. 10. de Judic. arg. c. 6. b. t. & tenent *Cov. Var. 2. cap. 20. n. 7. Farin. Prax. Crim. q. 8. n. 81. Pign. t. 7. conf. 33. ex n. 25.* contra *Abb. & alios.* Consuetudo in aliquibus locis introduxit, quod quando alia crimina, etiam præter expressa sunt valde enormia, & iterata, ut parricidium, Magia, &c. statim, etiam non expectata incorrigibilitate, possit reus degradari, & Curia Seculari tradi. Episcopus proprius rei, vel Capitulum Sedevacante, vel eorum Vicarius, vel alius Iudex Ecclesiasticus ex commissione speciali Episcopi, vel Capituli, etiam si Episcopus non sit, potest degradationis sententiam proferre contra Clericum particularem: contra Episcopum verò solum Papa, c. 5. c. 7. 3. q. 6. *Trid. sess. 13. de Ref. cap. 4.* & hæc sententia dicitur degradatio verbalis: per eam tamen non amittitur privilegium Canonis, & fori, quousque ponatur degradatio realis, ad quam quidem etiam sine nova sententia potest procedi. Hæc verbalis degradatio de iure antiquo, si degradandus erat Episcopus, fiebat præsentibus alijs 12. Episcopis. Si Presbyter, præsentibus 6. Episcopis. Si Diaconus, vel Subdiaconus, tribus Episcopis præsentibus. Si in minoribus constitutus, præsentibus Episcopo proprio, & Capitulo Cathedrali, vel saltem duobus, aut tribus Canonis, qui Capitulum representant. c. 4. c. 5. c. 6. 15. q. 7. *Suar. de Cens. D. 30. sess. 1. n. 19.* Hodie ex *Trid. sess. 14. de Ref. cap. 4.* etiam ad degradationem realem Sacerdotis procedere potest solus Episcopus proprius, etiam absque alio-

rum

rum Episcoporum præsentia: adhibitis tamen, & in hoc sibi assistentibus totidem Abbatibus usum mitræ, & baculi ex privilegio Apostolico habentibus, si in Civitate, aut Diocesi reperiri, & commode interesse possint; alioquin alijs personis in Ecclesiastica dignitate constitutis, quæ ætate graves, ac juris scientia commendabiles existant. Et est necessarium, quod sit concors sententia omnium assistentium, hoc est, quod nemine discrepante decernatur. Ipsi siquidem, non tantum suffragium consultivum, sed decisivum, etiam post Trident. habent. c. 3. de Sent. & Rejudic. *Suar. de Cens. D. 30. sess. 1. n. 20.* Si forte degradandus sit in minoribus constitutus, cum non exigatur expressè unanimitas omnium consensuum, sufficit, ad degradationem decernendam, si major pars consentiat; arg. c. 1. de His, quæ à major. *Barb. de Offic. Episc. alleg. 110. ex n. 26.*

342 Degradatio realis necessario est faciendæ ab aliquo Episcopo consecrato, sive sit proprius Episcopus ipsius Clerici, sive alius ex commissione Episcopi, vel Vicarij, qui sententiam protulit: nam degradatio est actus ordinis Episcopalis, sicut in Ecclesia, vel in alio loco sacro coram Episcopis, Abbatibus, vel alijs personis de quibus supra. Ad degradationem realem faciendam hic ordo, & modus præscribitur in c. 2. h. t. in 6. Clericus degradandus vestibus sacris indutus in manibus habens librum, vas vel aliud instrumentum, seu ornamentum ad ordinem suum spectans, ac si deberet in officio suo solemniter ministrare ad Episcopum præsentiam adducatur: cui Episcopus publicè singula, sive sint vestes, calix, liber, seu quævis alia, quæ juxta mortem ordinandorum Clericorum in sua ordinatione ab Episcopo fuerint tradita, seu collata, singulariter auferat: ab illo vestimento, seu ornamento, quod datum, vel traditum fuerat ultimo, inchoando, & descendendo gradatim degradationem continet usque ad primam vestem, quæ datur in collatione tonsuræ: tuncque radatur caput illius, seu tonsedatur, ne tonsuræ, seu Clericatus vestigium remaneat in eodem. Poterit tamen Episcopus in degradatione hujusmodi uti verbis aliquibus ad terrorem, illis oppositis, quæ in collatione ordinum sunt prolata, dicendo Presbytero hæc, vel similia verba, in remotione Planetæ: Auferimus, tibi vestem Sacerdotalem, & te honore Sacerdotali privamus. Sicque in

Tom. II.

remotione reliquorum insignium similibus verbis utens. In ablatione ultimi, quod in collatione ordinum fuit primum, infra scripto, vel alio simili modo pronuntiet, sive dicat: *Auferatur Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, ac nostra tibi auferimus habitum Clericalem, & deponimus, spoliamus, & exuimus, te omni ordine, beneficio, & privilegio Clericali.* Clericus ergo postquam degradatus est solemniter, & authenticè privatur ordine, officio, beneficio, & Clericali statu, quatenus licite nequit uti ordinis potestate, si tamen defecto ca utatur, cum character impressus maneat sicut quidem per hominem tolli nequit, ac tunc valebit; v. g. si est Sacerdos, posita materia debita, & forma, valde quamvis illicitè SS. Eucharistiam conficiet. Pec degradationem transit Clericus in statum Sæcularem, & privilegium Canonis, & fori amittit: nam hoc privilegium à jure Ecclesiastico provenit. Ne tamen ex sua malitia commodum reportet. c. 7. de Judic. manet obligatus ad Horas Canonicas, & à Judice Ecclesiastico Curia Seculari traditur puniendus secundum Leges Laicorum. Et licet non sit necessarium, quod pro reo intercedat Ecclesiasticus, ne morte puniatur, ob irregularitatis timorem: cum nullo jure hoc requiratur expressè ad irregularitatem vitandam; arg. c. 18. de Sent. excom. in 6. *Suar. de Cens. D. 47. sess. 1. n. 12.* tamen securius, & valde decens mansuetudini, & lenitati Ecclesiasticæ est talem intercessionem facere. c. 27. de V. S. quin, & necessariam judicant. *Covarr. in Cl. Sæ furiosus, p. 2. §. 5. n. 6. Oliva, & alij.* Iudex igitur Sæcularis apprehendit reum jam degradatum: & si delictum est meritè Ecclesiasticum, ut hæresis, apostasia, &c. statim, sine novo processu, quippe de causis Ecclesiasticis ipse cognoscere nequit. c. 2. c. 3. c. 12. de Judic. exequitur sententiam, infligendo nempe poenam Legibus taxatam. c. 18. de Heretic. in 6. Est enim tunc merus Executor, qui sententiam, nisi sit notorie injusta, exequi debet. c. 9. de Sentent. & Rejudicat. Si verò crimen, ob quod fuit degradatus, sit mixti fori, v. gr. sodomia, vel assassinium: quamvis de sententia degradationis nunquam cognoscere possit Sæcularis: quia ejus prolatio est actus jurisdictionis spiritualis. c. 2. c. 3. c. 12. de Judic. potest tamen, vel juxta processum Ecclesiastici procedere ad sententiam: vel novum, si velit processum ad criminis Inquisitionem

T

inf.

instituire. *Clar. §. fin. q. 96. n. 7. Navar. Laym. & alij.* Poterique reum torquer sine excommunicationis periculo: cum jam reus sit privilegio. Canonis privatus: ac proinde illum percussus non incurrit censuram. *C. Si quis suadente. Diabolo. Suarez. de Cens. D. 30. sect. 2. n. 7. Navar. & alij contra Marti. de Jurisd. p. 4. cap. 132.* Degradatus equidem solum potest à R. Pontifice restitui in pristinum statum: Et tunc solemniter restituantur ipsi instrumenta, & vestes, quibus fuit spoliatus. *c. 65. 11. q. 3.* Si verò appeller à degradatione est utique audiendus; & si probat, sententiam esse nullam, vel injustam, potest ab Episcopo restitui. *Suar. de Censur. D. 30. sect. 2. n. fin. Barbosa. de Offic. Episc. alleg. 110. n. 32. Diaz, & alij.* Episcopus autem, non verò alius Prælati inferior potest restituere verbaliter degradatum. *Barb. de Offic. Episcop. alleg. 110. n. fin. Sylv. & alij.*

In nostra quidem Hispania, & his Indiarum Regnis poenæ, quæ Fisco applicantur dicuntur: *Penas de Camara, gastos de Justicia, y Esrados;* quin, & aliquando aliqua multa applicantur operibus pijs, & publicis. *L. 25. tit. 25. lib. 2. R. Indiar. Ad exigendas ergo, & repetendas huiusmodi poenas assignantur à Rege, vel Regijs Cancellarijs quidam Officialis, quam Hispanè nuncupamus Receptor General de penas de Camara. L. 1. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Cui quidem, & non alij huiusmodi poenæ tradendæ sunt. L. 3. l. 7. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Et ipse potest alios Subalternos Officiales in locis suæ jurisdictionis pro talium poenarum exactioe designare. L. 37. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Et Magistratus talium locorum debent ipsi Receptori in hac materia obedire. L. 43. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Si verò nullus sit designatus Receptor in locis ubi sunt Regiæ Indiarum Cancellariæ, hæc exactio ad Officiales Regios peccat. L. 2. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Sed tales poenæ exigi nequeunt donec sententia in rem transierit iudicatum. L. 13. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Has quidem Regiæ Cameræ poenas nullas, etiam Prorex, vel Regius Senatus potest ad aliquos sumptus applicare sine Regis licentia. L. 4. tit. 25. lib. 2. R. Ind. nec possunt impendi nisi in illis præcisè rebus, quibus jam sunt à Rege destinata. Ut in L. 30. tit. 31. lib. 2. R. Ind. ubi ex his poenis iubentur solvi stipendia debita Tabellioni, & Officiali. *Hispanè: Alguacil,* qui assunt Senatoribus Regijs,*

quando aliquam Provinciam visitant. Item in L. 12. tit. 8. lib. 7. R. Ind. dicitur, quod ex his poenis deducantur sumptus necessarii pro conductione iocorum, qui ex Regno Peruvico ad trimeses, vel exilium in Tertiam firmam mittuntur. Deinde in L. 44. tit. 25. lib. 2. R. Ind. disponitur quod ex his poenis deducatur, quod sit necessarium ad sustentationem damnatarum ad trimeses. Nec item valent tales poenæ applicari ad sumptus, quos dicuntur iustitiæ: arg. L. 28. tit. 25. lib. 2. R. Ind. nec pro supplemento, nisi expresse concedatur. Ut in L. 26. tit. 8. lib. 7. R. Ind. ibi: *Si no bastaren las condenaciones de gastos de justicia para seguir delinquentes, y malhechores, se suplan de penas de Camara, con que se ayen de reemplazar en las primeras, que se causaren.* Circa dispositionem verò, & applicationem harum poenarum sic habetur in L. 22. tit. 25. lib. 2. R. Ind. *Declaramos, que los Oidores, juntamente con el Virrey, o Presidente, y los Alcaldes del Crimen tambien con el Virrey, cada Tribunal en lo que le tocare, puedan librar en penas de Esrados, y gastos de Justicia lo que fuere necesario, y faltando el Virrey, o Presidente, cada Tribunal por si lo que le tocare.* Sanè prædictus Receptor debet dare fideiussores idoneos. L. 36. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Et singulis annis Officialibus, seu Quæstoribus Regijs rationem suæ administrationis reddere. L. 25. tit. 25. lib. 2. R. Ind. Et pro suo salario potest decimam partem omnium poenarum, quas repetierit accipere: nisi aliter consuetudine, vel pacto statutum sit. L. 25. tit. 25. lib. 2. R. Ind. fere idem pro Hispania habetur in Tit. 14. lib. 2. R. C.

343 Postquam jam poenæ in genere explanatæ sunt aliquid de poenis particularibus singulis delictis correspondentibus in Tyronum gratiam addere libuit: summo nempe digito, non plena manu, quia non vacat, tangendo quod de unaquaque præcipuum reperiam in iure: nec enim longiorem nunc instituire sermonem oportet: & ad majorem facilitatem ordine Alphabetico procedam.

Abigeatus est furti species: & committitur ab eo, qui subripit pecora ex pascuis, vel ex armentis. Aliquando morte, aliquando leviore poena plectitur. L. 1. & per tot. ff. de Abigeis. L. 19. tit. 14. p. 7.

Abortus: poena capitali punitur, qui abortivi causam dedit si erat animatus foetus: poena tamen extraordinaria si

ani-

animatus non erat. L. 4. ff. de Varijs, & extraord. crimin. L. 8. tit. 8. p. 7. Et quamvis Sixtus V. tali delicto excommunicationem majorem Pontifici relectam, & alias poenas indixisset, in magna parte prædicta Constitutio ad Jus Commune redacta est à Greg. XIV.

Abraço scripturæ poena falsi punitur. L. 1. tit. 7. p. 7.

Adulterium Jure Divino antiquo morte puniebatur. *Levit. 20. Deuter. 22.* De jure quidem Canonico Clericus adulter in Monasterium detruditur. *c. 10. D. 81. Tamen ex Trident. sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 8.* Adulteri, si ter moniti, non recedant à peccato excommunicantur. Mulieres five conjugatæ, five solutæ, quæ cum adulteris, seu concubinarijs publicè vivant: si ter admonitæ non præterint, ab Ordinarijs locorum, nullo etiam requirente, ex officio graviter pro modo culpæ, puniantur, & extra Oppidum, vel Dioecesim, si sic eisdem Ordinarijs videbitur, invocato, si opus fuerit brachio Seculari, ejiciantur: alijs poenis contra adulteros, & concubinariorum, in suo robore permanentibus. Jure autem Civili variè pro temporum varietate puniebatur adulterium. Denique Jure Hispano noviori adulteri traduntur cum suis bonis marito adulteræ, ut de eis faciat prout voluerit. L. 81. *Taur. L. 2. tit. 20. lib. 8. R. C. Uxor amittit dotem, & arras, quas quidem lucratur maritus, five civiliter, five criminaliter agat. L. 80. l. 81. Taur. L. 5. tit. 15. lib. 5. R. C. L. 4. tit. 20. lib. 8. R. C. non tamen lucratur dotem maritus, si adulteros, ut potest, in adulterio deprehensos velit occidere. L. 82. Taur. L. 5. tit. 20. lib. 8. R. C. Et quidem si autoritate delegata Judicis illos occidat, non peccabit: Secus aliter.*

Affectus, seu conatus merè internus solum à Deo punitur: si ad actum externum prodeat, regulariter punitur poena extraordinaria. L. 1. §. *Hæc autem, ff. Quæd quisque jur. nisi in delictis, in quibus ob suam atrocitatem, & enormitatem poena ordinaria statuitur: quando nempe ad actum valde proximum criminis conatus accedit. L. 7. C. Ad L. Corn. de Sicar. L. 7. l. 12. tit. 8. p. 7. L. 2. tit. 31. p. 7.*

Alapa pro varietate personarum, & locorum, quibus, & in quibus infligitur, variè arbitrio Judicis punitur: qui, & poenam mortis pro injuriæ qualitate potest imponere: nam gravissima injuria

Tom. II.

est, & ut talem ponderant Evangelistæ percussioem in faciem Christi Dominij. *Matth. 26. Marc. 14. Joan. 18. v. 22. S. Atrox, Inst. de injur. L. 20. tit. 9. p. 7. Greg. Lop. ibid. V. En el ojo. Pichar. Manduc. ad Prax. p. 3. §. 4. V. Alapa.*

Alcatores, qui vel taxillis, vel alijs ludis prohibitis utuntur, regulariter arbitrio Judicis puniuntur de Jure Canonico: arg. *c. 15. de Vita, & honest. C. 11. de Excessib. Prelator. Trid. sess. 22. de Reform. cap. 1.* in nostra Hispania ludentes taxillis, vel chartis pictis: *Hispanè: Dados, o Naypes,* poena pecuniaria, & aliquando incarceratione plectuntur. L. 2. tit. 7. lib. 8. R. C. in Indijs ludus taxillorum omnino prohibetur, sed chartarum pictarum permittitur usque ad summam decem argenteorum. L. 1. tit. 2. lib. 7. R. Ind. Item prohibetur domus publicæ ad ludum destinata, ibi: *Mandamos à los Virreyes, Governadores, y Justicias, que hagan castigar, y castigen los delitos cometidos en casas de juego, y tablages, conforme à su gravedad, y que cesen tales juegos, y juntas de gente valdía, y tan ilícitos, y perjudiciales aprovechamientos, in L. 3. prohibetur ludus Senatoribus, & ejus uxorijs, & in L. 6. etiam Mercatoribus. At verò in L. 4. & 5. permittitur milicibus, sed solum dum sunt in locis ad custodiam destinatis. Hispanè: Cuerpos de Guardia.*

Ambitus crimen, quod quidem committunt ambitioni, qui dignitatem, vel honorem obtineant pecuniâ dante, Jure Civili Lege Julia de ambitu puniebatur, scilicet centum aureis cum infamia. L. 1. ff. ad L. Jul. de ambit. Etiam in nostra Hispania poena infamiae, & pecuniaria punitur. L. 26. tit. 5. p. 1. & aliquando confiscatione mediæ bonorum, & decennio exilij. L. 15. l. 16. l. 17. lib. 1. R. C.

Annonam corruptam vendentes, vel quid facientes, qui reddatur carior annona, Dardanarij dicuntur: *Hispanè: Regatones.* Et crimen fraudatæ annonæ committunt, & puniuntur extraordinarie. L. 6. ff. de Varijs, & extraord. crimin. In nostra Hispania flagellis, & poena pecuniaria, privatione officij, & alijs poenis pro varietate personarum hoc delictum punitur. L. 1. & seq. tit. 14. lib. 5. R. C. L. 20. tit. 3. lib. 7. R. C.

Apostasiam à fide committentes, *Hispanè: Renegados, y Fornadizos:* sunt qui non in parte, sed in totum à Fide Catholica recedunt, & ad Judaïsmum,

Tt a

vel